

Vd. 259.

259^a



7.
a



DE
VERA ORDINIS SVCCEDENDI
EX MAIORATV NOTIONE EX PACTIS
FAMILIARVM ILLVSTRIVM
REPETENDA.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
ADIPISCENDAE SVMMAE IN IVRISSCIENTIA
DIGNITATIS GRATIA

A. D. XIX. OCTOBR. C[1]0[0]CCCLXXXIV.

DISSERIT

IOANN. FRIDER. BRANDIS
HILDESIENSIS.

GOETTINGAE,
APVD IOH. CHRIST. DIETERICH.
ACAD. TYPOGRAPH.

VTRA ORDINIS SVCCEDENDI
EX MAIORATV NOTIONE EX PACIS
FAMILIARVM ALLVSTIVM
REVIVENDI

IMMUNITATIS IURIS ORDINIS
AVTORITATE

AVTORITATE SVPERIORVM
AVTORITATE SVPERIORVM

AVTORITATE SVPERIORVM

AVTORITATE

IOHANNES FRIDER. BRANDIS

AVTORITATE

AVTORITATE



REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO

PRINCIPI ac DOMINO

D O M I N O

FRIDERICO WILHELMO

EPISCOPO HILDESIENSI ET PADERBORNENSI

S. R. I. PRINCIPI COMITI PYRMONTANO,

RELIQVA

PATRI PATRIAE PIO ET IVSTO

OMNIBUS ET CLERICO

FRANCISCA DOMINO

DOMINO

FREDERICO WILHELMO

FRANCISCA DOMINO

FRANCISCA DOMINO

FRANCISCA

FRANCISCA DOMINO

S
T
nis
si
acc
litt
pri
ope
me
fec
em
PR
ran
sing



REVERENDISSIME,
ET CELSISSIME PRINCEPS

*Specimen hocce eruditionis academicum, quod
TIBI offerre audeo, quamquam parum nomi-
nis TVI celsitudine dignum esse, sentio, tamen,
si animum offerentis spectaueris, ut clementer
accipias, confido. Est sane priuilegium illud
litterarum cultoribus concessum, et quasi pro-
prium, quo vtor, ut, inscribendo nomini TVO
opellam hancce, animi, munificentia TVA in
me, et meum parentem summa, maximopere af-
fecti, sensa palam declarem, ac manifestem. In TE
enim, REVERENDISSIME AC CELSISSIME
PRINCEPS, ego iam diu veneror, Fautorem litte-
rarum indulgentissimum, familia mea benefactorem
singularem, patria mea parentem clementissimum.*

vita

Pro vita TVA, patriae maxime cara, ut et longissima sit, et fortunatissima, vota facio cum omnibus, qui nomen TVVM colunt, magna et sincera

*REVERENDISSIME
AC CELSISSIME PRINCEPS*

TVAE CELSITVDINI

devotissimus

A V C T O R.

ARGVMENTVM LIBELLI.

- §. I. Successio, quæ inter illustres in Germania obtinet, ex historia quammaxime debet cognosci.
- §. II. De ratione, qua in iuris succedendi principiis accurate illustrandis, procedendum sit, consilia nonnulla agitantur.
- §. III. De successionis indiuiduæ notione generatim.
- §. IV. Historia ordinis succedendi inter illustres; Ima periodus a Saec. XI inde ad Saec. XIII; ea aetate, neque bonorum indiuiduitas, neque norma, ad quam ordo in bonis indiuiduis succedendi exigendus sit, lege generali praescripta erat.
- §. V. Iida periodus vsque ad exitum Saec. XV. a) primum bona diuidendi in successione ius, varias ob causas, moribus obtinuit, tum 1) in feudis minoribus, tum
- §. VI. 2) in maioribus
- §. VII. b) ius diuidendi deinde, pactis familiarum sensim constrictum;
- §. VIII. Ac ordo in bonis succedendi varia ratione determinatus est.

§. IX.

§. IX. Illta periodus: inde a Sec. XVI. indiuiditas bonorum in successione, legibus familiae in perpetuum valituris sancita est.

§. X. Ac de ordne in bonis indiuiduis succedendi variae normae traditae sunt;

§. XI. inde enatis successioneis formulis diuersa nomina indita, quorum vero propria vis accurate definita non est.

§. XII. Successioneis ex iure maioratus variae species.

§. XIII. De earum propriis signis et notis, nunc quidem vniuerse tantum agitur.

§. I.

Cum in républica omnia iura, quae ad homines in statu familiae spectatos pertinent, ita omnino sunt comparata, vt ad ea, vel constituenda, vel immutanda, maximam vim habeant mores, instituta priuata, et diuersa vitae hominum ratio: tum inprimis ex his causis descendunt, successionis in bona defuncti, tam legitimae, quam testamentariae iura, quae in statu hominum naturali plane incognita, iuris naturae principiis haud reguntur. Arcíssimo igitur vinculo cum historia populi, quod inter illum obtinet, successionis ius copulatum est, et illustrandum ex diuersis, quas ipsa respublica subiit, vicissitudinibus, atque ex morum mutationibus, quorum potestate sensim effectum est. Vt autem huius rei plenior notitia et accuratior habeatur: haud sufficere videtur, vt fide rerum gestarum declaratur, quomodo successionis ius nouiore forsan aetate ad rei publicae statum hodiernum attemperatum, et

A

inde

inde vsu custoditum fuerit: Sed ex vltima antiquitate successione rationes, ac principia sunt repetenda, et tanquam facta in historia, serie non interrupta, inuicem sunt connectenda.

Qua in re vix admonendum adhuc est, vt in explicanda successione ratione, quae praeterita aetate in Germania obtinuit, diuersorum populorum, inprimis vero eorum, qui vel Germanicae originis fuerunt, vel postea in Germania confederunt, mores, consuetudines, et instituta priuata, haud commisceantur.

Quae autem in vniuersum hic vera esse affirmamus: ea singularem aliquam vtilitatem, et vim habere videntur in cognoscendo ac rite determinando successione iure, quod in Germania inter eos obtinet, qui imperio absque intermedio parent. Quorum (*illustres* eos appellare solemne iam est) iura familiae singularia non solum ex rebus olim gestis possunt vtiliter illustrari: sed debent etiam ex iis quam maxime cognosci, ita vt historia non tantum inter subsidia huius disciplinae, vt clara fax ei praelata, priorem locum occupet, sed etiam inter eius fontes omnino sit referenda. Quum enim, quod ad personas illustres attinet, libertas naturalis paciscendi, suisque legibus viuendi parum semper

con-

constricta fuerit, immo domesticae rei, priuataeque arbitrium ex prisca consuetudine iis omne fere relictum manserit: factum necessario est, vt iura familiae inter eos obuia, solis moribus fere omni tempore constiterint, neque ad illa constituenda multum valuerit legislatoris auctoritas. Accedit autem et alia huius rei causa, quod nimirum ius, quo illustres vtuntur, cum ipsa re communi passum est mutationes multo insigniores, quam reliquorum priuatorum ius; posteaquam enim vt exemplo res declaretur, imperium ciuile rerumpublicarum singulare ad illustres delatum fuit; quae inter illos obuiant iura, inprimis vero successionis, longe aliam quam antea, formam acceperunt.

§. II.

Quare quum iam dudum viderint Iurisconsulti, quod iura successionis inter illustres Germaniae quam maxime factis consent, et ex formulis rerum conceptarum, ex pactis, statutisque singularium familiarum potissimum repetenda sint, miror sane, qui fiat, vt ea facta a viris doctis raro ita exposita, et ex ipsis rerum argumentis illustrata fuerint, vt accurate inde cognoscatur, quomodo ius nunc obuium ex moribus primum ortum, ac sub variis deinde reipublicae vicissitudinibus progressum sit, vel au-

ctum, et cum moribus mutatis aliam semper formam acceperit. Sic MOSERVS, vt exemplum de hac re illustre proferam, venerandus senex, cuius merita in hoc studiorum genere vere immortalia esse videntur, in exponendo successione iure, quod inter principes Germaniae nunc obtinet, eam rationem iniit, vt ordine recenseret, primum omnia pacta, et statuta in familiis electorum condita, deinde ea, quibus iura antiquioris prosapiae principum reguntur, quorum nomina iuxta litterarum ordinem se excipiunt, tandem pacta familiarum reliquorum principum, et denique comitum imperii sequuntur. Quae quidem methodus, etsi quodammodo commoda etiam videri possit; ita tamen non est comparata, vt ex singulis pactis vera principia, quibus ius succedendi inter illustres nititur, duci possint. Alii successione historiam in periodos diuisam quidem exponentes, magis tamen quam par esse videtur, rationem habuerunt dignitatum et honorum, quibus illustres distincti sunt, iuraque adeo successione illustrarunt, quae in ducatibus, electoribus, Landgrauatibus, comitatibus sensim inualere. Sed hanc carpendi spartam aliis delegamus, quanquam inde, si vsus moderate fiat, aliquis etiam fructus in lectores redundare videatur. Equidem de hac re ita sentio: posthabitis omnibus opinionibus et narratis, quae Icti nostri temporis sibi adfciscere solent, successione rationem ac formam ex
 ip[s]is

ipsis rerum gestarum certis testimoniis iuxta genuina
 historiae praecepta illustrandam esse, ac probandam;
 quod autem vt recte fiat, opus esse videtur, tum vt
 siugula pacta et instituta proprii generis ex rebus tunc
 gestis accurate explicentur, tum omnia, quae ad
 quoddam genus successione v. c. indiuiduae ex prae-
 rogatiua aetatis pertinere videntur, primum iuxta
 temporis seriem, seu *ordine chronologico*, disponantur,
 deinde secundum loca et regiones, in quibus con-
 dita sunt, sedulo secernantur, et adeo semper ra-
 tio habeatur diuersitatis iurium ibi obuiorum, inde
 potissimum ortae, quod vel populi diuersae originis
 regiones incoluerint, vel eae magis minusue patue-
 rint ab initio Romanis, deinde in medio aeuo Ita-
 lis, et Iurisconsultis ex Italia iura moresque peregrino-
 s aduehentibus; quo demum facto animaduerten-
 dum est, an inter illustres, ex diuersitate ordinis
 seu dignitatis, qua distincti sunt, iurium etiam fa-
 miliae discrimen enatum sit. Cui doctrinae autem
 fundamento est, vt qualitates bonorum in quibus
 succeditur, recte noscantur, et si vsus statuti cu-
 iusdam gentilitii fiat, curate expendantur. Suprema
 vero eorum diuisio in feuda, et allodia, horum au-
 tem in auita et nouiter acquisita, totam rem non
 absoluere videtur: discrimen enim bonorum, quate-
 nus vel pleno iure possessa, vel ius possessoris ad ar-
 bitrium alterius adhuc restrictum fuerit, olim satis

magnum erat, variique eius circa ius hereditarium effectus spectantur. Sed quo minus hanc sententiam latius nunc persequar, et exemplorum copia probem, impediunt et temporis, quo conscribendus libellus erat, angustiae, et instituti mei ratio.

§. III.

Vt tamen vsu exemplisque didicisse mihi videar, ex historia successione Germanicae quae inter illustres praecipue, nobilesque obtinet, argumentum eligam haud leue saltem, vimque adeo et propriam potestatem *successionis ex iure maioratus* ex statutis familiarum, pactisque, pro viribus meis declarare conabor. Equidem haud ignoro, multos esse Ictos, qui in eodem argumento excutiendo, vel doctè vel copiose saltem versati sunt a), quorum laudibus ego aliquid

a) Indicem eorum locupletem v. apud III. PÜTTER *in der Litteratur des teutschen Staatsrechts* Th. 3. §. 1531. 1532. 1537. 1538. S. 754. ff. Laudatis ibi addi possunt I) §. 1531. Iacobi A SAA Equitis Lusit. tr: *de primogenitura: Herrmann ROXAS de incompatibilitate regnorum et maioratum.* Lugd. 1669. II) §. 1532. 1) Melchior GOLDAST *de maioratu et praecedentia ducum Saxoniae.* Frfr. 1615. 4. qui causam tuebatur ducum Saxoniae Vinariensium in lite sub initio superioris seculi mota, pugnans maxime contra Arn. ENGELBRECHT (n. 2.) 2) Wencesl. Xaver. NEYMANN DE PUCHHOLZ s. Ioseph Leopold. SCHERZER DE KLEINMÜHL *de iure primogeniturae.* Pragae, 1718. 3) CRAMERS *Wetslariſche Nebenstunden* Th. 51. Abbl. 5. Th. 56. Abbl. 6. Th. 72. Abbl. 1. Th. 123. Abbl. 2. III) §. 1537. B. G. STRUVE *de successione secundogeniti prae primogenito in regna et principatus;* HALBREITER *de maioratu.* Arg. 1651. III. Aug. Frid. SCHOTT *de iudicio super maioratu saepe arduo.* Lips. 1782.

aliquid detrahere nec cupio nec possum. Postquam autem uostra aetate historiae Germanicae studium magis excoluerunt Icti, et in usum reuocarunt sanioris philosophiae principia, doctrina de successione plane aliam formam accepit, adeo ut ob temeritatem iudicium iuuenis reprehendi non possit, qui in scriptis Ictorum, qui praeterita aetate inclaruerunt, multa sibi reperisse videtur, quae hodie vel scitu inutilia, vel a veritate aliena esse putantur. Adeat harum rerum cupidus, scripta v. c. SLEVOGTII, *Comitis de SOLMS, DELLA TORRE*, aliorumque, quae quondam inter alia magis minusue excellere. Nequaquam enim Icti inuolutam ordinis succedendi ex iure maioratus notitiam, ex ipsis familiarum pactis, definiendo aperuerunt; sed multa, quae ab iis ex instituto obiterue disputata sunt, miris inter se modis pugnare videntur, quod deinceps exemplis demonstrabimus: impensa vero eruditione v. c. ab iis quaesitum est, an apud Lacedaemonios et Athenienses primogenitura et maioratus obtinuerit, an legibus diuinis eum succedendi ordinem prohibitum esse, credendum sit, et quatenus ille cum successione iuris Romani fideicommissaria conueniat, vel ab ea discrepet. Ne autem patientia lectorum abutamur, in his rebus nunc longiores esse nolumus.

Tota vero de maioratu quaestio ad ordinem succedendi spectat, et versatur ideo in definiendis praeceptis, *ex quibus modus succedendi pendet, quo ius succedendi omnium eorum, qui ad successionem vel iure communi vel ex legibus familiae propriis vocati sunt, circumscribitur et determinatur, normaue constituitur, iuris succedendi singulis deferendi.* Ordinem autem in bona auita succedendi, inde ab antiquissimis temporibus in Germania duplicem potissimum fuisse, nouimus: quando enim in casu successionis, ob aequale agnationis ius, plures ad hereditatem vocati fuerint: hi vel omnes simul ea potiri potuerunt, vel vni hereditas delata est iure quodam potiori, ac caeteris, dum a successione excluduntur, satisfactio solummodo praestanda est. *Prius* varia ratione contingere potest, modo haereditatis dominio inter plures haeredes diuiso, modo omnibus communi, sic vt vel fructus prouentusque ex bonis inter eos diuidantur, vel alternando per tempus ii sibi inuicem succedant; *sin posterius* in legibus familiae placuerit, constitutio ordinis succedendi ad dua potissimum momenta redit: *tum* vt quaedam bona nec alienationi extra familiam, nec diuisioni inter plures heredes obnoxia, ad vnum solummodo potiori iure perueniant, *tum* vt certus ordo definiatur, ex quo, mortuo possessore, alius vel descendens vel agnatus eum excipiat, ac iure, quod ille habuit, in haereditatem potiori nunc fruatur.

tur. Praeceptorum autem, ad quae in singulis familiis ordo hic succedendi exigendus est, si eius forma legibus ciuilibus non praescripta, aut ab iis recedendi libertas naturalis non restricta fuerit, varietas, multiplici disponentium studio ac voluntate in infinitum fere patebit. Successu quidem temporis imitationis studio, morumque adeo potestate nonnulla forsan principia efficiuntur, quae ad determinandum ordinem succedendi in singulis familiis quammaxime valent, et vsu saepius frequentantur: neque tamen eius rei tanta vis erit, vt si disponentibus alius succedendi ordo placuerit, is enormis, et cui omnis legitima praesumptio obstet, reputandus, et igitur ad eum modum fere interpretandus sit, vt cum forma successionis solemniori quam maxime conueniat.

Quibus in vniuersum disputatis, agedum, historiam ordinis succedendi, qualis diuersis temporibus in Germania obtinuerit, ac quomodo in primis indiuiduae successionis principia sensim moribus effecta, pactisque gentilitiis stabilita fuerint, paulo accuratius exponemus, et ex rerum gestarum documentis illustremus.

Historia ordinis succedendi in bonis nobilium auitis ab eo potissimum tempore orditur, quo primum in beneficiis militaribus post notissimam CONRADI SALICI Imp: Constitutionem, successio introducta fuit *hereditaria*. Quum enim ex eo tempore, ius vtendi fruendi conuerteretur in dominium vtile, idque sub lege agenda militiae transiret in omnes primi vasalli successores feudales: euenit, vt nunc primum de praeceptis definiendis cogitari potuerit, quibus successionis feudalis ordo in familia regeretur. Imitata autem est plures ob causas successio feudalis auitam et allodiam *b*): ita vt ab ea ad hanc, nisi ratio differentiae pateat, analogia recte duci possit.

Perpauca vero admodum sunt, quae ex primis illis temporibus, de ordinis succedendi indole, nobis innotuere, tum quod multa haud dubie peracta, quae ad iuris normam exigere non possunt, tum quod plura illius rei monumenta iniuria temporum periere, tum denique quod ordinem succedendi, regulis consuetudine perpetua firmatis, iam tunc constituisse vix credendum est. Apparet tamen ex certis indiciis, ante Saecul. XIII. neque lege, neque moribus ius introductum fuisse, vt bona immobilia indiuidua semper essent, et in eis non nisi vnus haeres succederet. Iuris enim haere-

b) SENKENBERG de successione filiar. c. 5. §. 42.

haereditarii principia, quae ad conseruandum familiarum splendorem hodie magnam vim habent, tunc temporis non eodem modo, vti postea obtinuerunt: quum adeo etiam alienationis bonorum allodialium immobilium extra familiam exempla non desint *c*), quod, quominus absque haeredum consensu fieret, deinde legibus prohibuitur *d*). Quod vero in primis ad bona feudalia attinet, indiuidua ea manserunt, dum beneficii veteris memoria, quod pro officio concessum, rationem stipendii personae singulari praestandi habuit, plane extincta nondum esset: postquam autem in dominio totius familiae vtili feuda esse coeperunt, ea etiam, vt reliqua bona, inter plures haeredes, hinc inde diuidebantur. Sic saeculo XII ad finem vergente tanquam regula vsu iam inualuit, vt feuda minora inter plures haeredes diuisioni essent obnoxia, et in eis succedendi ius omnibus defuncti vassalli liberis aequale competeret *e*): quinimmo feudorum maiorum, quum

VIX

c) Exemplum ex saeculo XII. in diplomate habes, quod apud HARRAËVM Tom. I. *Annal. Duc. Brabant.* in vita Godofridi II. p. 214. 216. existat.

d) Quod optime ex documentis antiquitatis probauit Ill. DREYER *de gen. vsu iur. Anglo-Saxon.* p. 110.

e) Ex Saeculo X. de diuisione Feudi consensu regis facta narratur iam in *continuat. Reginonis* ad a. 940. apud PISTORIUM Tom. I. Accurate deinde rem exprimit GUNTHERVS *Ligur. in rebus a Friderico I. gestis* lib. 8. sub fin. „marchia seu comitis possessio „sue ducatus integra permaneant, feudalia caetera multis par- „tici-

vix haereditaria esse coeperint, diuisorum exempla singularia inueniuntur, et Fridericus I. imper. necessarium iam esse duxit, vt feudorum regalium diuisioni, tum constitutione generali in Italia lata f), tum lege pro recens condito Austriae ducatu g) speciali, obuiam iret.

Quaedam solummodo feuda fuere, in quibus vel ob singularem eorum indolem, vel ob regionis consuetudinem, indiuiduae successione ratio seruata fuit. Ad priora pertinent feuda v. c. castri, aduocatae ecclesiasticae h), et inprimis ea, quibus adnexa est dignitas regalis, v. c. Landgrauatus i), quae omnia illis

„ticipanda“. *Rupertus* comes Flandriae exprobatit fratri suo, quod totam communis patris haereditatem, quam iure gentium secum diuidere debuisset, sine consorte obtineret. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENS. *ad. a. 1071.* Secundum *ius provinciale Austriacum* de 1190. §. 48. in LVDEWIG *Reliq. Mss.* Tom. IV. diuisionem haereditatis paternae in regula obtinuisse, apparet: aduocata ecclesiastica solummodo non diuidebatur.

- f) Quae extat 2. F. 55. §. 2.
- g) Priuilegium de 1156. v. in SENKENBERGS *Abhandlung vom lebhaften Gebrauch des Teutschen Rechts* S. 123. SCHRÖTERS *Versuch einer Osterreichischen Staatsgeschichte 3ter Absch.* §. 3. S. 303. ff.
- h) Quod exemplis probat HOFACKER *de originibus et fatiis iuris primogeniturae.* P. 1. §. 18. p. 26.
- i) Formulam laudi de 1317. in causa comitis Friderici Leiningenf. Ob nun jemand spreche, das andre Graveschaften geteilt seyn, so sprechen wir das dagegen, das der Graveschaft keine kein Landgericht hat, und kein Landgericht nit in ist. *Leiningische rechtliche Auszüge Beylage n. 2.*

illis temporibus adhuc, quamquam non semper, individua esse credebantur. Singularis individuae successionis consuetudo venit imprimis in terris *Francici iuris*; quare illius aevi scriptores, et diplomata, feuda, quae iure Francorum tenentur, ab aliis caute distinguere solent *k*).

Neutiquam vero ab eo, quod bona individua vii solummodo haeredum, successionis iure deferantur, ad determinatum succedendi ordinem, v. c. ex primogenitura, maioratu, aut senioratu, recte concludi posse, per se iam patet; quod tamen olim Icti nonnulli, quorum magna est auctoritas, haud accurate viderunt. Hi enim successionem v. c. in feuda iuris Francorum, ad normam mox primogeniturae *l*), mox maioratus *m*) exigendam esse, putarunt; neque aliud tamen de ordine successionis nobis proditum est, nisi *quod maior natu exclusis minoribus fratribus, in feudo ipso succedat, inter eos nullo tempore diuidendo n*); vel quod *semper seniori fratri eiusque liberis, paternae hereditatis cedat aucto-*

k) OTTO FRISINGENS. *de rebus Frider. I.* lib. II. c. 9. LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad a.* 1067. p. 165. Inprimis vero vide formulam, quae in collectione *epistolarum* Petri DE VINEIS (cancelarii Friderici II.) Lib. VI. n. 25. continetur.

l) v. c. SCHILTER *de feudis iuris francorum* §. 4. et 13.

m) Veluti Ioannes della TORRE *de successione in maioratibus et primogenit. Italiae* Tom. I. c. 36. §. 16. p. 314.

n) Verba sunt formulae apud Petr. DE VINEIS l. c. exstant.

auſtoritas o) ex quo tamen nondum conſtare videtur, tam inter omnes poſſeſſoris deſcendentes, quam inter eius agnatos ordinem ſuccedendi obtinuiſſe, qui vel primogeniturae, vel maioratus nomine hodie venit. E contrario ex ſingulis huius rei exemplis diſcimus, bona indiuidua omnibus deſuncti vaſſalli filiis communia relicta eſſe, ita tamen, vt plerumque vel inter eos de modo conueniret, ex quo alternando haeredes bonorum fructus perciperent p) vel vni ex reliquorum arbitrio bona aſſignarentur, aut, portiores in ſucceſſione partes vnus filii fuiſſe, quem vel iudicium domini directi elegerit q), vel pater nominauerit r). Quibus tamen in vniuerſum negare haud auſim, ordinem ſuccedendi ex primogenitura,

o) Ita habet OTTO FRISINGENSIS *l. c.*

p) Hic modus proprie in antiquis chartis vocabulo *Mutſchierung*, ſ. *Mutſcharung* inſignitur: memorabile exemplum ex pactis familiae Haſſiacae de 1269. laudat KVCHERBECKER in *Analectis Haſſiacis collect. VIII. p. 374.*

q) De quo v. c. in formula oblationis caſtri *Seynenſis* epifcopo *Treuireuſi* 1152. factae conuenit: beneficium caſtri ſemper indiuiſum manebit, et inter plures non diuidetur haeredes: Sed ſi pro eadem inter ſe litigauerint, illi integre dabimus *cui potius cupimus* v. litteras inueſtitur. A. E. Trev. in *Deduct. Sayn. c. Palat. litt. A.*

r) LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS *ad. a-* 1067. p. 165. (ſupra not. k.) vt vnus filiorum, qui patri poſſimum placuiſſet, nomen patris acciperet etc. Seculo XII. in Auitria patrem ex pluribus filiis eum elegiſſe, qui ipſi ſuccederet, narrat CVPINIANVS *de imperat. p. 20.*

tura, vel maioratu, ab illius aevi moribus plane alienum fuisse. Determinata enim v. c. pacto dotali in familia ducum Lotharingiae conditio s), nec non in privilegio Austriae ducatus maxime memorabili t) successio ex primogenitura videtur, licet vsu postea in Austria saltem non seruata u): ob vim vero exemplorum quae adduximus, nemo inficias ibit, illo tempore, nimirum ante Saeculi XII. exitum moribus ordinem succedendi haud introductum fuisse, adeo sibi constantem, et perpetuo in singulis familiis valiturum, vr bona vel semper indiuidua essent, vel in ea succederet ille, qui, aut ex primogenito filio oriundus, aut agnationis gradu proximior, maiorque aetate esset.

§. V.

Altera ordinis succedendi in bonis auitis in Germania *periodus*, ab initiis fere Saeculi XIII incipit, et

- s) V. pactum dotalē Henrici ducis Lotharing. infer. de 1179. quod extat in deductione, qua I. A. KOPP. ius haereditarium domus Hassia - Cassellanae in ducatum Brabantiae tuitus est. Adcunst N. 2. p. 5.
- t) Verba haec sunt: "inter duces Austriae qui senior fuerit, dominium habeat dictae terre, ad cuius etiam seniorem filium dominium haereditario iure deducatur ita tamen, quod ab eiusdem sanguinis stipite non decedat." v. Supra not. g.
- ψ) Rudolphus I. imper. iam duobus eius filiis Austriam Stiriam et Carinthiam iure feudali concedere voluit: rogatus vero postea a statibus provincialibus, filium nata maiorem elegit. *Mosers Staatsrecht Th. XII. S. 382.*

et descendit ad ea tempora, quibus tandem diuturna consilia de constituendo ordine succedendi, quo omnis bonorum haereditariorum diuisio impeditur, exitum habuere.

Inde enim ab eo tempore potissimum, diuidendi hereditatem morem adeo inualuisse constat, vt in ius commune, per vniuersam Germaniam obtinens, abiret. Sunt quidem viri docti, qui omnem huius rei causam ex iure Romano interea in Germaniam aduecto repetant, quod Romani recentiori tempore saltem, in constituendo successionis ordine principia, quae ad conseruandum familiarum splendorem magnam vim habent, fere ignorarent. Quod licet non dixerim falsum esse, neque omnino tamen est verum, rem saltem totam, tunc demum ortam esse, nullo modo probari potest; sed longe aliam habet vim ex consuetudine antea iam introducta, quamquam haec, ex quo iuris Romani in Germania auctoritas altas egerit radices, latius omnino euagari coeperit. Accedebat vero, quod, quum ius futurae successionis antequam *coniunctae manus* commodum inuentum esset, pluribus, nisi retenta naturali bonorum compossessione, conseruari non posset, incommoda, quae inde orta sunt, partitionibus bonorum a liberis susceptis, saepius ansam praebuerint.

Quare

Quare cum ex singulis exemplis, quae hac de re existant, tum ex vetustis legum ac consuetudinum collectionibus, iure communi receptum tunc fuisse apparet, quod inter plures omnis haereditas, et allodialis, et feudalis esset diuidenda x). Quod ad feuda minora attinet, hac de re nullum fere dubium superesse potest: licet in alia opinione nonnulli Icti versati sint, quod disciplinam feudalem veterem accurate perspectam non haberent. Quum enim iure feudali antiquo obtineret, vt dominus feudalis haud obligatus esset, plures defuncti vasalli filios simul solemniter inuestire y): accurate in vetustis legibus Germanorum determinatum esse inuenimus, cuinam ex pluribus filiis, quos pater vasallus reliquit, inuestitura danda sit. Qua in re aetatis ratio maxime habenda erat. Si omnes enim filii, mortuo patre, annos impubertatis iam superauerant, is inuestituram accipiebat, qui liberorum arbitrio electus, domino intra annum denominatus erat z): sin autem ex filiis vnus solummodo pubes

x) Regula iuris accurate expressa est in I. F. S. lib. I. art. 14 "es sey Lehnrecht, daß der Herr mit Leibe mer den einen son seines vaters Leben, es ist doch mit Landrecht, daß ers allein behalte: „er erstattets seinen Brüdern nemlich denn, daß es ihnen gebürt „an dem Teyl."

y) I. F. A. cap. 30. §. 3. 6. I. F. S. art. 30. 31. Vet. auctor de beneficiis liber I. §. 73. 75. 79.

z) I. F. A. cap. 33. wöichen er es leibe, das steht an den Kindern und nit an den Herrn I. F. S. art. 31 Vet. auct. de beneficio lib. I. §. 76.

pubes factus esset, ei inuestitura quidem conferebatur, vt sponderet tamen, reliquos filios, dum vixerit, a domino inuestituram non impetraturos esse *a*). Denique omnibus filiis defuncti vassalli in impubertate adhuc constitutis, rogante tutore, *maiori natu* inuestitura dabatur, si per fideiussores domino cauisset, vt hic non adstringendus sit, beneficio, quod defunctus vassallus habuit, plures filios simul inuestire: mortuo autem filio impuberi iam inuestito, aetate proximiori inuestitura danda erat *b*).

Quo SCHILTERVS *c*), diligentissimus harum rerum perscrutator, maxime inductus est, vt statueret, iure Allemannico et Francico, adeoque et primaevio feudali iure, hanc de *maioratu* f. *senioratu* obtinuisse regulam, vt senior fratrum et reliquos fratres a successione excluderet, et hi deinde vicissim nepotes ex fratre seniori, qui iure nouo demum, et repraesentationis ac primogeniturae iure recepto patruos excludere coeperunt.

Oppido autem falsum est, successionem *collateralium*, ex praescripto legum adductarum, ad maioratus

a) I. F. A. cap. 32. §. 1-5. I. F. S. art. 31. Ver. aut. de benefic. lib. I. §. 78.

b) I. F. A. cap. 24 §. 4-7. I. F. S. iure Saxonico, hoc casu, ne quidem praerogatiua filii natu maioris expressa est.

c) in commentar. ad I. F. A. Cap. 60. 61. §. 5. 6.

ratus regulam exigendam esse. Quod ad successionem *descendentium* autem attinet, veri quodammodo speciem habet *Schilteri* sententia, et loco quodam iuris Caesarei satis trito *d*), confirmari adhuc videtur, neutriquam tamen est amplectenda.

Quae enim iure feudali antiquo definita esse videtur praerogativa filii natu maioris, neque in univ ersum obtinet, sed ad quosdam solummodo casus restricta est, quando nimirum filii adsunt in impubertate adhuc constituti: neque ad modum pertinet, quo ipsa successio in bona feudalia inter plures filios determinanda est: sed intelligi debent illae leges, de actu solemnium investiturae; in ea nimirum suscipienda, natu maior nonnunquam praeferebatur reliquis filiis, quum dominus feudalis iure stricto *e*). haud obligatus esset, plures simul investire defuncti vassalli filios eodem beneficio: haereditatem vero paternam acquirendi ius omnibus filiis commune fuisse, omnesque, modo successionis capaces essent, ad

B 2

eam

d) Lib. 3. cap. 29. in Senkenberg corpore iuris germanici publ. et privati p. 105.

Wo Leute sind, die gemeine Rechte haben, die sollen wissen, das sie (die gemeinen Lehn) die aelteste haben zu empfangen, und das es die andern alle gewehrt sind, seit in des Reichs Rechte steht geschrieben: das ungetheilte Gut mag der aelteste empfangen von dem Kaiser.

e) Ex gratia omnes filios defuncti Vassalli investire potuit. I. F. A. cap. 37. §. 1. 2. 3. I. F. S. art. 24. Ver. auch. de benef. lib. I. §. 83. 84.

eam simul vocatos, tum ex alijs locis *f*), tum ex eo etiam apparet, quod is qui inuestituram accipiebat, domino directo per fideiussores cauere debuerit, ne reliqui filii non inuestiti haereditatis paternae partem a domino impetraturi sint.

§. VI.

Eadem successionis communis ratio obtinuit etiam, inde a Sec. XIII potissimum in feudis maioribus, quibus dignitas regalis annexa est, quamquam ea ab initio, ipsa rei natura ita ferente, indiuidua essent. Ex quo nimirum illorum feudorum integritas, studiose non amplius seruata fuit, sed vel quaedam latifundia iis detrahebantur, vel alia bona feudaque alienae indolis accedebant, adeo, vt iam olim territorium v. c. ducis ex diuersissimis bonis conglutinatum sit, non facile prohiberi potuit, quo minus feuda maiora inter plures haeredes cum reliqua haereditate diuiderentur. Accedit, quod principum in Germania in dies latius pateret potentia, imperatoris vero auctoritas magis magisque decresceret: denique, quod Icti illius aetatis successionem principum et illustrium fere semper ad normam iuris Romani exigent, et parum ea animaduertent, quae

et

f) T. I. F. A. l. c. und wollen sie sich scheiden mit dem Gute, und theilen es unter sich, das thun sie wohl ohne des Herrn Urhlaub. Consentit Ius caesareum lib. III. caput 12. Vide etiam supra not. y. et auctor. Vet. de beneficijs caput 1. §. 83. 84.

et rationi publicae, et moribus in Germania conuenire viderentur. Constitutio FRIDERICI I. imper. de indiuiduitate feudorum regalium seruanda, in Italia ad quam ex mente ipsius imperatoris solummodo referenda erat, ea aetate in defuetudinem iam abierat *g*): et quamquam argumentum huius sanctionis sedulo repetant auctores (*speculorum iuris h*); nunquam tamen probari poterit, licet inter alios et LVDWIGIO *i*), acutissimo Icto, ita visum fuerit, feuda maiora nullo tempore in Germania, verae ac propriae diuisioni obnoxia fuisse. Inane omnino foret, exempla singularia, ad probandam diuiduae in feudis regalibus successionis consuetudinem, in medium proferre *k*) quum ea in nullis ex ordine illustrium familiis paene non inueniuntur; verum constat etiam, partitiones terrarum iuri communi ea aetate omnino probatas fuisse, quum principes in diuidendis territoriis, se iuxta mores ac iura principum

B 3

pum

g) Olradus DE PONTO initio Saeculi XIV. iam scripsit: *anonymi nostrorum memoria* feuda dignitatum apud unum ex familia praefertim Seniores, Semper facta tecta conseruata sunt, etc. v. CONRING *ad Lampad. de republ. R. G. P. III. c. 5. §. 27. not. a.*

b) I. F. S. art. 20. I. F. A. cap. 17.

i) In *Comment. ad A. B. Tom. II. p. 431.* v. etiam LVDOLPHVM *de introductione iuris primogen.* pag. 19.

k) In familia Anhalt. 1170. Megapol. 1226. Bauaria 1253. Nassouica 1234. Saxonica 1260. Brunfuiicensi 1267. partitiones terrarum institutae sunt.

pum agere, publice saepius affirmauerint 1): immo, quod RVDOLPHVS Habsburgicus imperator in inuestitura filiis Ludouici Seueri, ducis Bauariae data, facultatem principatus, et feuda imperii diuidendi iam agnouerit m). Neque, quod monere hoc loco tantum volumus, diuisionem feudi realem factam esse, ideo negari potest, quod vasalli pacto declarauerint, eos pro indiuiso feudum retinere uelle: enimuero saepius illa formula, uoluntas uasallorum de conseruatione successione mutuae futurae, per compositionem bonorum diuisorum, solummodo declaratur. Adeo autem terrarum partitiones subinde inualuerunt, ut recentiores leges imperii, eas a iudice, ob vim iuris communis, ex officio decernendas esse statuerint n).

§. VII.

1) Ita Dux Austriae Leopoldus III. (sec. XIV.) disposuit, quod filius noster — cum aliis filiis nostris — ad iustam et haereditariam portionem omnium nostrorum patriorum principatuum et dominiorum ius habeat patrimoniale et aequalem cum iis portionem habere debeat iuxta *inra et consuetudines principum*; in *MOSERS Staatsrecht Tb. XII. C. 387.*

V. etiam iudicium diuisorium ab Adolpho Nassauico imp. inter Henricos, patrem et filium, Hassiae Landgrauios 1296. susceptum apud KVCHENBECKER in *analekt. Hassiae. collekt. VIII. p. 324. 8. sq.*

m) Diploma de 1281. in *origin. Guelf. Tom. III. praefat. p. 66.* laudat Ill. BÖHMER in *princip. iur. feud. §. 431. p. 310.*

n) Occasione restitutionis decretae filiis proscripti Ioannis Friderici Saxoniae ducis in R. I. 1570. §. 40. legitur: *Commissarien zu verordnen, so fürderliche gebürliche theilung aller Landschaften und Güter mit ihrem Vetter, Herzog Hans Wilhelmen vornehmen sollen.*

§. VII.

Interea tamen, ex quo principes in territoriis regnare affectauerunt, propter mutatos inde mores, auctam imprimis luxuriam, et diuersam a pristina vitae ratione, damnum, quod e repetitis terrarum partitionibus in familias redundabat, ingens erat, et adeo intolerabile, vt a Seculo XIV inde diuidendi bona consuetudinem, principes propriis familiarum legibus, tanquam arctioribus cancellis, circumdederint. Cuius incoepti conatus vero, quum iis iuris communis auctoritas, et Ictorum, omnia iura et instituta ex ciuitate romana peruerse repetentium cohors semper fere reniteretur, saepius frustrati sunt. Ab initio quidem, variis familiarum dispositionibus ad tempus solummodo valituris, ac temporis et familiae rationibus attemperatis, libertas terras diuidendi constricta fuit. Conuenit v. c. vt ex pluribus filiis vnus solummodo reipublicae inferuendae operam nauaret, reliqui ecclesiae se vouerent o), vel vt ex pluribus filiis profani ordinis vnus tantum le-

B 4

gitimam.

- o) Exempla eiusmodi dispositionis in omnibus illustrium familiis fere obuia sunt; v. dispositionem LVDOVICI ducis Bipontini, in BACHMANN'S Pfalz - Zweybrückischen Staatsrecht S. 55. memorabile tamen est, quod in pacto haereditario Limburgens. legitur, quo filii clerici facti, ad spontaneam iuris succedendi renunciacionem solummodo inuitantur: MOSERS Familienstaatsrecht Th. I. S. 28. olim nimirum filii clerici e communione bonorum non semper exierunt.

gitimam vxorem duceret *p*): nonnunquam ordines prouinciales vel precibus, vel auctoritate restiterunt, quo minus terras inter se diuiderent plures filii *q*): vel hi precibus, et admonitione patris feria commoti *r*) partitionibus abstinerunt. Quibus omnibus factum quidem est, vt diuidendi bona libertas, quatenus iure communi patuerit, paullulum quidem constringeretur: quum tamen vel ipsis parentibus, vel filiis, et denique Ictis omnibus, quos in consilium aduocabant, iniquae et irrationabiles, immo et legibus diuinis contrariae saepius viderentur dispositiones *s*), quibus filii ab haereditate paterna excluderentur.

- p*) V. pactum, quod inter filios *Wilhelmi ducis Brunsvico-Cellenfis* initum est. *LYDOLF de iure primogen.* Append. p. 22. *Christ. Ioh. DE MÜNCHHAUSEN de successione in serenissima domo vstata.* Eiusdem argumenti pactum in familia *Leiningensi* de 1497 initum, extat apud *LYDOLF consult.* Tom. II. suppl. p. 115.
- q*) Quod v. c. factum, quum *Rudolphus Habsburg.* terras diuidere vellet. v. supra not. u. ordines prouinciales *Brandenburg.* frustra tamen petierunt, vt vnus solummodo electoratum et terras franconicas imperii iure teneret. Ordines prouinciales *Lippens.* singulari priuilegio sibi promitti curarunt, ne territorium vnquam diuideretur. *MOSERS Staatsrecht. Th. XII. p. 506.*
- r*) V. quod de *Ottone Hassiae Landgrauio* ex chronico quodam *Hassico* refert *HERT de spec. rebuspubl. S. 2. §. 6. not. II. opusc. Vol. I. Tom. II. pag. 75.* v. etiam diploma *EBERHARDI comitis Würtenberg.* de 1321. apud *MOSER in dem Staatsrecht Th. XIII. S. 210. Wår aber davor Gott seye, das die Herrschaft getheilet würde u. s. w.* ex quo apparet, quod *EBERHARDVS* confidere haud potuerit, fore, vt prohibitio diuisionis semper apud posteros in vsu esset.
- s*) Quod in vetustis familiarum legibus saepissime affirmatur: immo in pactis superiore aetate conditis eius rei vestigia nonnulla super-

debantur, eae caute licet fancitae, vel exitu plane caruere, vel sane tertio aut quarto successione casu, inde a quo conditae erant, in usu esse desierunt t). Ne autem in familia numerosa sobole praedita, perpetuis diuisionibus in minutissimas portiones diuellerentur terrae, varia adhibita sunt temperamenta, v. c. vt duo ex quinis, qui supererant, filiis, natu maiores, communi imperio moderarentur prouincias u), vel vt quibusdam bona assignarentur quoad usum et fructum, saluo condominio, et nonnullorum iurium regalium exercitio reliquorum iuris haereditarii confortium in iisdem bonis x), vel vt partibus inaequaliter factis, vnus filius iure praecipuo quas-

superfunt: Sic in pacto familiae *Vinar.* de 1573. continetur, *dass die Urtheilbarkeit als den göttlichen Gesetzen zu wider, und höchst schädlich zu verwerfen sey.* MOSERS Staatsrecht Th. XII. S. 458. Eundem fere in modum ERNESTVS pius dux Saxo-Gothanus in testamento 1654. condito sentit. MOSER l. c. S. 474. Pacto familiae comitum DE LÖWENSTEIN de 1597 fancitum est: *dass der fast amurbige Particular-Gebrauch, die Güter dem aeltesten Sohn ungetheilt zu überlassen, als unbillig und unbrüderlich wieder zu verwerfen seye* S. LÜNIGS. R. A. spic. Sec. n. 26. p. 501.

- t) Exempla in historia v. g. famil. Brunuicenf. Bauariae, Würtemberg. permulta inuenies.
- u) Quemadmodum in testamento disposuit ALBERTVS (1460) dux Bauariae: v. MOSERS Staatsrecht Th. XII. S. 435.
- x) E. g. pactum familiae *Erbacensis* in MOSERS Familien-Staatsrechte Th. I. S. 201.

quasdam terras acciperet *y*); reliquis haereditatis partibus caeteris filiis assignatis, vt inde legitimas vxores alere *z*), et soboli procreandae solummodo studere possent.

Non defuere quidem et illa aetate de futura succedendi ratione, in singulis familiis constitutiones, quibus non tantum vno alteroue successione casu, sed in vniuersum, et tanquam lege in perpetuum valitura, diuidendi hereditatem ius commune inter illustres, vel magis constrictum, vel eius vsus plane prohibitus fuerit. Initio Saeculi XIV, adeoque ante constitutionem in aurea bulla inter electores latam, eiusmodi pactorum memoria exstat v. c. in familia *Austriaca b*), *Brunsvicensi c*), *Hennebergica*, aliisque *e*). Successit deinde *aurea bulla*: cuius conditor CARO-

LVS

- y*) Sic in domo palatina iam 1329. pacto familiae electori regnanti praecipuum, s. potior haereditatis portio assignata est. v. BACHMANN'S *Pfalz-Zweibrückischen Staatsrechts* S 178.
- z*) Ob eam causam tertia pars comitat. HANOV. secundogenito filio 1458. relicta est v. Deduct. Babenhuf. Adianct. I.
- b*) Iam 1283. Rudolphus I. inter filios eius constitutionem tulit, qua non solum de indiuiduitate bonorum in successione semper seruanda, sed etiam de satisfactione secundo genito in numerata pecunia praestanda cauetur; diploma exhibet MOSER *in dem Staatsrecht Th. XII. S. 383.*
- c*) In testamento ducis Magni. a. 1351. condito. MOSER l.c. *Th. XIII. S. 69.*
- d*) Nempe 1350. quum comites HENNEBERG. principum dignitate condecorati sunt.
- e*) Accurate ratio illa succedendi determinata est in litteris infeudat:

LVs IV. imperator non solum, vt altercationibus de suffragio in familiis electorum saepissime iam ortis, materies subtraheretur, partitionem terrarum electoralium, lege in perpetuum valitura, prohibuit, sed in publicum etiam utile esse, solenniter pronunciauit *f*), vt et reliqui principes, singularibus familiae pactionibus cauere vellent, quo minus terrae repetitis diuisionibus in infinitum fere diuellerentur. Quantis autem difficultatibus ea aetate inuoluta res fuerit, ordinem succedendi introducere, quo diuisio bonorum in perpetuum impediatur, vel ex eo apparet, quod non solum specialibus adhuc imperatorum constitutionibus, seu *aureis bullis* singulis electorum familiis datis *g*), opus esse videretur, ad declarandam et confirmandam generalem illam sanctionem, quae ad omnes electores pertinebat: sed nihilominus etiam indiuiduitas vsque ad Saec. XVI fere solummodo in iis terris, quibus dignitas electoralis annexa erat, locum habuit, reliquis prouinciis,

ac

dat: Henrico DE HELFENSTEIN ab episcopo *Trenirensi* 1314. datis; apud HONTHEIM *histor. Trenirens. diplom.* Tom. II. p. 37. semper primogenitus masculus in recta linea ipsius Henrici absque diuisione aliqua facienda praeficiatur ipsius costro, et succedat in eodem cum villa et appendicibus memoratis.

f) A. B. c. 25. pr.

g) Qualis v. c. Electori Saxon. 1376. a Carol. IV. data, nec non Palatino. apud DVMONT *corps. diplom.* Tom. II. P. I. p. 109. v. III. BÖHMER *de ordine succedendi inter coinnestitos imperii* §. 22. sqq.

ac bonis, inter plures haeredes omnino diuisis. Quare, quod ad principum ac caeterarum illustrium familias attinet, eo minus expectandum erat, vt vel CAROLI IV. *imp.* in aurea bulla propositum consilium, vel etiam singulares de indiuiduitate in successione obseruanda, pactiones exitum habuerint, et vsu perpetuo custoditae fuerint. Quod et singulorum exemplorum vi inprimis probatur *h)*, et accuratius adhuc ex historia successione, quae a Saeculo XIII inde in quibusdam principum familiis obtinuit, cognosci potest *i)*.

§. VIII.

Alterum momentum, quod in determinanda succedendi ratione, qua diuisio bonorum in perpetuam impeditur, obuenit, est norma generalis, secundum quam singuli posterius in successione, ordine sunt

b) Repetitae partitionum prohibitiones occurrunt in pactis v. c. familiarum *Palatin. Bavar. Brunsvic.* aliarumque, in quibus nihilominus diuisio obtinuit. In testamento *Dieterici comitis Isenburg* de 1444. legitur: *das wohl zu verstehen ist, das unser Graffschafft und Herrschafft so geringe ist, das sie nicht wohl vermag noch gelyden kan, me dann Einen Herrn derselben unser Graffschafft zu halten und zu haben, und darum so setzen, u. s. w.* Dieterici filius, Ludouicus, iam 1433. diuisionem comitatus inter filios iniit. *MOSERS Staatsrecht Th. XIII. S. 405. sq.*

i) Inprimis quantae molis fuerit, indiuiduitatem bonorum legibus perpetuo valituris constituere optime exposuerunt tum *III. BACHMANN* in dem *Zweibrückischen Staatsrecht*; tum *Excell. SPITTLER* in der *Geschichte von Württemberg*.

funt fucceffuri. Cuius ordinis forma ca aetate, dum dispositiones de indiuiduitate in fucceffione feruanda, vel temporariae effent, vel magnam adeo vim apud pofteros non haberent, generalibus et in omni fucceffionis cafu obtinentibus regulis haud conftare potuit. Nec in iis accurate definiendis, valde follicitos tum pañtorum familiae conditores, inuenimus: qui potius, quatenus leges ab iis fancitae, ad futuram fucceffionem fpectarent, tum in conferuanda inter agnatos fucceffione, tum in ordinanda bonorum indiuiduitate praecipuum confilium pofuerunt^k) et plerumque determinarunt tantum, quibus primum ex haeredibus in iis fucceffionis cafibus, quos proxime imminentes praeuidere quodammodo potuerunt; haereditas deferenda fit. Principia vero, quae in eo olim fecuti funt varii familiarum legiflatores parum fibi conftant, et ex illorum arbitrio, deficiente lege expreffa, vnice pendentia, ad quaedam folummodo genera reuocari non poffunt. Vt paucis exemplis rem declaremus, mox pater eum fuccefforem nominauit, qui ei fe maxime probauerat ^l), mox arbitrio

k) Quod annotauit etiam Ill. BACHMANN in dem *Zweibrückifchen Staatsrecht*. S. 55.

l) Huc pertinet v. c. etiam difpofitio Ludouici ducis Bipotini de 1479. apud BACHMANN l. c. S. 19. v. quae de hiftorica fucceffionis in familia *D. naff. DE LIPPE* annotauit MOSER in dem *Staatsrecht Th. XIII. S. 307.* nec fubfequente aetate huius rei memoria

trio agnatorum *m*), interdum etiam ordinum prouincialium *n*) immo domini directi electio commissa est *o*). Quamquam autem hoc modo inter plures filios plerumque natu maior ad successionem vocatus fuerit: nemo tamen non videt, eam succedendi rationem multum abhorrere a *Senioratus*, *maioratus*, *primogeniturae*, aliaue successionis forma, ad cuius normam successio semper in familia exigenda sit. Difficile sane foret, legitima demonstratione euincere, quod

LVDOL-

ria interiit: in nonnullis nouioribus familiae legibus licet formula ordinis succedendi in iis definita sit, nihilominus tamen primum electio successoris ad arbitrium patris refertur v. dispos. in familia comit. DE KÖNIGSECK apud MOSER in dem Familienstaatsrecht Th. I. S. 212. et Fürstenberg. apud Eund. l. c. S. 184.

m) v. BACHMANN l. c. pacto in familia Hanov. 1339. condito legitur: *dafs nach Abgang der beiden ältern Brüder ohne Erben derjenige die Grafschaft erben sollte, welchen unter ihren besten Freunden und Mägen zum herrn kören würden.* S. Beschaffenheit der Hanauischen Primogenitur. Marb. 1737. lit. A. B. in familia Brunswicensi 1355. pacto successorio inter duces conuenit: vt mortuo alterutro Ludouico, ex eius fratribus quem vellet superstes eligeret. v. LVDOLF de inter. iur. primog. app. ex famil. quelfica p. 16.

n) quod v. c. in frisia orientali plus vna vice factum est. v. MOSER Staatsrecht Th. XII. S. 369. und dessen Familienstaatsrecht Th. I. S. 61. ff.

o) Accurate ratio succedendi expressa est in pacto familiae Waldecensi *dafs in jeglichem solchen Theil nicht mehr dann Ein regierender Herr und Erbe seye welchen der Vater dazu erwühlet, oder die Brüder sich unter ihnen selbst vergleichen, oder so, dafs nicht geschähe ein Landgrafe zu Hessen, als der Lehnsherr auf Bericht der Landschaft erwühlet.* MOSER Familienstaatsrecht Th. I. S. 61.

LVDOLFVS p) aliique defenderunt; ad senioratus regulam olim successionem plerumque determinatam fuisse, priusquam primogeniturae ordo magis in Germania, potissimum constitutione in aurea bulla lata, inualuerit. Quod enim in ea de ordine succedendi accurate definiendo publice propositum erat exemplum, raro secuti sunt reliqui illustres, et sane successio ex primogenitura, ob inuolutam iuris repraesentationis notionem, ea aetate vsu facile obtinere non potuit. Quae quamquam ab eo ignorari non possunt, qui notitia aliqua pactorum in familiis illustrium olim obuiorum, est imbutus, exstiterunt tamen semper Isti, qui, quum ius posituum vnus tantum populi v. c. Romanorum, perspectum et vsu cognitum, haberent, omnem succedendi rationem quibusdam praeceptis generalibus v. c. praerogatiua ex gradus inter consanguineos proximitate regi, iisque in omni aeuo necessario niti, putauerint. Ast in Germania in determinanda successione in bonis individuis pactis familiaeque legibus vsque ad Sec. XVI. nec gradus proximitatis, nec lineae praerogatiuae semper ratio habita est: per saepe praeteritis nepotibus ex filio praemortuo, successio secundogenito, vel tertio genito superstiti a patre delata est. Si vero etiam ad successionem vocatus fuerit, filius natu maior, eiusque heredes, inter hos tamen ad

p) De introduck. iur. primog. p. 19.

ordinem primogeniturae successio adeo stricte non est determinata: e contrario, quum de bonorum indiuiduitate in futurum obtinenda, nonnunquam inter plures fratres agnatosue conueniret, saepius accidit, vt eum in bona successurum esse, placeret, qui vel ex vtriusque paciscentis liberis natu maior esset, vel quem vltimus paciscentium superstes eligeret.

§. IX.

A Seculo XVI. inde demum, varia consilia, quae antea hinc inde de ordine succedendi, quo bonorum diuisio impeditur, propriis familiarum legibus constituendo, agitata sunt, exitum habuere, et ea res successu temporis conseruationi familiarum magis, magisque interuire visa est, adeo, vt admodum paucae hodie ex ordine illustrium familiae supersint, in quibus successio, quod ad diuiduitatem bonorum attinget, iure adhuc communi regitur. Enim vero, quamuis ad familiarum illustrium, et communem subditorum salutem succedendi ratio in bonis indiuiduis omnino conducere videatur, lege tamen caremus, ad cuius praescriptum illa inter illustres exigi possit: et omnia, quae ea de re legibus imperii prodita sunt, ad ea redeunt, quae de ordine succedendi in terris electorum obseruando, aurea bulla Caroli IV. continet *q*): licet suasse dudum scimus prin-

q) Aur. Bull. cap. 5. praeterea lege imperii publica nempe P. W. pactum primogeniturae in familia Hassiaca conditum adhuc confirmatum est.

principes legem *r*), quae dirimeret controuersias hac de re quotidie publice priuatimque incidentes, certamque tandem, ac perfectam succedendi in bonis diuisioni haud obnoxiiis, normam traderet. Caeterum esse necessarium, vt diuifio territoriorum vel constringatur, vel plane prohibeatur, iudex imperii summus dudum agnouit, et ea de re prouideri legibus familiae iussit *r*).

Quare quum nulla imperii lege generali succedendi in bonis indiuiduis ratio regatur, sed folis ea moribus ad reipublicae statum attemperatis, sensim effecta, inde a Seculo XVI. potissimum priuato personarum illustrium arbitrio determinata sit: nemo non videt, eius rei veram indolem, et formam non aliter nisi ex propriis familiarum legibus, petendam esse: quorum ex concentu regulae quidem efformari possunt generales, a quibus in multis familiaribus successio pendet; ne vsus tamen earum in interpretandis familiarum pactis temere et peruersa ratione fiat, sedulo cauendum est: inprimis vero, ne ad quasdam de ordine succedendi formulas omnia
in

r) v. MOSERS *Familienstaatsrecht* Th. I. S. 83.

s) In causa concursus *Solmens. Braunfeldens. 1755.* rescriptum est commissioni Caesarae: *bei so zahlreicher Familie auf eine Verordnung samt Einverständnis wegen der künftigen Erbfälle die Rücksicht mitzunehmen.* MOSERS *Familienstaatsrecht* Th. I. S. 258.

in interpretandis familiarum pactis exigere velimus, et adeo, quae species solummodo sunt, tanquam huius rei genera consideremus. Ad praecepta autem illa, quibus hodie ordo succedendi inter illufres in bonis indiuiduis plerumque regi solet, constituenda, quodammodo vim habuit, iuris communis in Germania auctoritas, quamquam ei in vniuersum aduerfetur illius fucceffionis ratio. Inter plures defuncti filios, praerogatiua in fucceffione, fempere aestimata est ex maiori aetate: concurrentibus vero filiis, cum nepotibus ex praemortuis filiis, aut cum descendentibus vltiorum graduum, denique pluribus agnatis ad haereditatem fucceffionis iure vocatis, varia, ex quibus inter eos determinatur ordo fucceffionis, in pactis familiarum prodita sunt principia; quae omnia fere in vniuersum fpectata, eo redeunt, vt tum fecundum ius Romanum proximitatis graduum ratio habeatur, tum vero ex fpeciali iuris germanici ratione praerogatiua lineae, ad quam feudum femel deuolutum est, attendatur t).

§. X.

Ex diuerfo, eas, quae in determinando fucceffionis ordine adoptatae sunt, normas generales coniungendi, vel fingulas accuratius definiendi ratione, enatae

z) V. III. BÖHMER *de ordine fucceffionis inter coniuftitos in feudis imperii* § 4. f. fq.

enatae sunt multiplices, et maxime discrepantes formulae, a quibus hodie successio inter illustres vt plurimum pendere solet.

Inter eos maxime solennis est hodie ea formula, qua successio in familia, per praerogatiuam natiuitatis et lineae ita determinatur, vt ea, in omni successione casu deferatur natu priori, inter descendentes vltimi defuncti, idemque eodem modo seruetur in eius linea, hac vero extincta, successio non minus inter collaterales deferatur secundum lineae, et in hac secundum natiuitatis praerogatiuam *u*); eum succedendi ordinem, *primogenituram* appellare solemus; vt autem is magis quam alius nouiori praefertim aeuo, inter illustres nobilesque vsitaretur, ratio fuit tum, quod exemplum in aurea bulla, et exterorum regnorum successione formulis, propositum, caeteri familiarum legislatores inde a saeculi XVI. omni studio imitati sint, tum vero quod ille, si vsus fiat, omni incertitudine et ambiguitate carere videatur *x*). Ferraro autem pactis familiarum hodie continetur, vt successio in omni casu soli seniori in familia deferatur, nulla habita nec gradus nec lineae praerogatiua, nisi cum iure *Senii* in familia

C 2

milia

u) V. Eiusd. *principia iuris feud.* §. 150.

x) Quod adeo non obtinet, si per aetatem successione ordo in familia determinatus est.

milia simul coniunctum sit, ius in nonnullis familiae bonis succedendi. Ad analogiam iuris communis introducta est alia adhuc successionis formula, qua successio ei soli in familia defertur, qui defuncto gradu proximior, vel inter proximiores, gradu aequales, aetate maior est.

Caeterum tribus his eminentioribus formulis, non omnis in bonis indiuiduis succedendi ratio continetur: sed et alii illius rei modi excogitari possunt, et passim inveniuntur: quare ante omnia propria successionis lex in familia est inspicienda.

§. XI.

Ab initio, cum legibus familiae ad ordinandam futurae successionis in bonis indiuiduis rationem, formulae praescriberentur, eas speciali nomine, ceu vocabulo artis insignitas esse, non inuenimus; eiusmodi vero nomina paulo post a Ictis singularibus successionis speciebus indita sunt, et in pactis familiarum saeculo XVI. ad finem vergente, et deinde, conditis, passim occurrunt. Qua in re tamen haud expectari potest, ut eorum nominum statim certa et omnino determinata fuerit vis et potestas, usque usque sint pactorum familiae conditores, ad notandam quandam successionis formulam, tanquam indubiis eius rei signis, siquidem prius post saecula saepius

nequidem vsu dicendi in disciplinis fieri solet. Inter plures autem ordinis succedendi inter illustres denominationes vsitata, maxime incerta, et ob multiplices, quibus accipitur significationes, vaga est notio vocis *Maioratus*, in Hispania forsan ortae y): neque ex vastissima legum in familiis illustrium obviarum copia quidquam facile extricaueris, quod vniuersam et propriam rei vim dilucide ac breuiter definiendo omnes complecteretur notas, quibus inter singulos agnosci et aestimari posset. Enim vero nomen *maioratus* generale tum in ipsis familiarum pactis, tum in Ictorum scriptis receptum est, vt eo denotaretur successioneis lex, vi cuius bona nec alienationi extra familiam, nec diuisioni inter plures obnoxia, vni solummodo potiori successioneis iure deferuntur z). Quare maioratus vox saepius etiam in sensu

y) *Maioria*, *maioritas*, *Maioricatus*, nomina aequipollentia sunt; quamquam autem legibus Hispaniae vetustis a rege Alphonso 1339. conditis succedendi ordo constitutus maioratus vocatur: reuera tamen eo, ordinem primogeniturae intelligi, ex ipsa successioneis formula apparet, quod expositum est ab auctore, qui olim iura Phillippi V. in Monarchiam Hispanicam tuitus est, in libello, cui titulus: de successione. linear. cognat. renunciatione pag. 6.

z) Quare a Ictis superioris aetatis successio maioratus cum fideicommissaria semper fere comparatur. MOLINA *de prim. Hispan.* c. I. lib. I. BETSIVS *de pactis familiarum illustrium* c. 8. §. 60. KNIPSCHILD *de fideicom.* c. XV. n. 4. sq. DELLA TORRE *de successione in maioratu* lib. I. cap. 6. n. 55. Tom. I.

fenſu *obiectiuo a)*, pro ipſis bonis, quae nec alienationi, nec diuifioni obnoxia ſunt, venit. Quum vero ordo ſuccedendi in bonis indiuiduis varia ratione determinari poſſit: ſolemnioreſ ſucceſſionis formulae, tanquam maioratus illius ſpecies, ſingularibus *primogeniturae*, *ſenioratus* et *maioratus* in ſenſu ſtrictiori, appellationibus hodie accurate inuicem a ſe diſcernuntur; *maioratu* nempe pro eo ſuccedendi ordine accepto, quo praerogatiua ſucceſſionis per gradus proximitatem, et inter aequae proximiores per aetatem determinatur. Quod tamen nec in familiae pactis ſuperiori aetate conditis, nec a viris doctis ſemper obſeruatum eſſe, inuenimus: et maioratus, generis nomen, ſaepius etiam vnam alteramue ſpeciem denotare, ex ipſa ſucceſſionis formula, quae familiae lege deſcripta eſt, apparet *b)*, deinde nec vna ſolum

a) V. quae MOSERVS in *dem Familienſtaatsrecht Th. I. S. 186.* ex pactis familiae principum DE LICHTENSTEIN et LOBKOWITZ annotauit. Sic in teſtamento comitis de Montecuculi de 1675. diſpoſitum legimus, vt bona maioratica vni haeredi ex ordine primogeniturae deferantur. LVNIG *corp. iur. feud.* Tom. II. p. 374. in teſtamento L. B. DE RIESENFELS de 1697. legitur: *ſoll das Maiorat beſtehen in 1. Million Gulden.* Idem Tom. II. p. 373.

b) Quod etiam annotauit DELLA TORRE: „et demonſtrat experientia, quod plerumque vtuntur promiſcuae his vocibus“: exempla etiam occurrunt v. c. in pactis fam. comit. de *Schoenaich*. quibus ordo primogeniturae ſub nomine maioratus venit. v. HEINFFCIUS *conf. et reſponſ.* Tom. I. p. 189. porro in fam. principum de *Dieſtrichſtein* MOSERS *Familienſtaatsrecht Th. I. S. 184.*
„Pacto.

solum ratione successione praerogatiua a proximitate gradus, et aetate maiori pendet. Vel enim in singulo successione casu ei, qui in vniuersa familia gradu proximior est, aut inter aequae proximiores caeteros aetate superat, successio defertur: vel ad imitationem iuris feudalis Longobardici, is, qui in linea, ex qua defunctus est oriundus gradu proximior et aetate maior reliquis agnatis praefertur. Inde enata est inter Ictos distinctio in maioratum *simplicem* s. *regularem*, et *mixtum* siue *irregularem*. Illam enim speciem, qua in vniuersa familia per gradus proximitatem, et aetatem, successio determinatur, pro norma accipiendam esse, putarunt plurimi Icti, ideo quod ea cum iure *communis Romano* maxime conueniret. Sed dubito, an haec argumentatio recte procedat. Regularis s. ordinaria enim successione species appellari potest, vel quod ad ordinem succedendi legitimum introducta sit, vel quod vt plurimum

Facto *Dannenbergensi*, *Hemicus* Dux Brunsvicensis renuntiabat iure primogeniturae: quum intelligeret quaedam cum iure senii coniuncta iura. MOSERS *Staatsrecht* Th. XIII. S. 422. a senioratu haud distinguit maioratum pactum familiae comitum de Ortenburg. MOSERS *Staatsrecht* Th. XIII. S. 328. v. etiam pactum familiae Saxo-Hildburghaus. de 1703. in MOSERS *Familienstaatsrecht* Th. I. S. 106. In testamento Ferdinandi II. imper. de 1621. legitur: *derohalben wir dann — zu ewiger und unuerbrüchlicher Haltung dieser Primogenitur und Maiorats ganz treubezig ermahnt haben wollen.* MOSERS *Staatsrecht*. Th. XII. S. 370. vide etiam, quae in controuersia Leiningensi superiori saeculo agebantur. MOSERS b. c. Th. XIII. p. 305.

mum in familiis illustrium obtineri soleat. Vtrumque locum habet in ea specie successione ex maioratu, quae, quum lineam, ad quam bona semel devoluta sunt, nisi ea extincta sit, non egreditur, a ratione ordinis succedendi legitima, tum iuris feudalis longobardici, tum germanici, quam minime recedit, et inter illustres omnino magis, quam alia viget.

§. XII.

At varia ratione adhuc determinari potest, quomodo vna linea extincta, in qua ex maioratu successio obtinuit, ea ad aliam in ea familia lineam transeat. Enim vero in ea re *mox* proximitatis gradus, et maioris aetatis simul ratio habetur, *mox* soli seniori ex superstitionibus agnatis, qui ex diuersis lineis oriundi sunt, hereditas indiuidua defertur, *mox* autem praerogatiua linearum secundum aetatem eorum, a quibus originem ducunt, determinata est, et inter descendentes vnus lineae tantum gradu proximior, et inter aequales aetate maior reliquis praefertur. Denique autem maioratus formula cum aliis successione formulis varia ratione coniungi potest, ita, vt v. c. successio in linea ad quam semel devoluta est, ad ordinem primogeniturae determinetur, inter agnatos vero ex diuersis lineis maioratus successio locum habeat. Neque vel necessarium, vel

vel vtile esse, videtur, omnes variasque maioratus formulas, quas cogitatione solummodo assequi possumus, percensere, quandoquidem earum ratio ab arbitrio cuiuscunque familiae legislatoris vnice pendet, neque praeter id, quod bona diuisioni haud sint obnoxia, aliquid essenziale huic successioni inesse, dici potest. Doctrinae causa quidem variis successio- nis ex maioratu formulis viri docti singularia nomi- na indiderunt: verum ea, nec ita sunt comparata, vt singularis ratio successio- nis ex iis aestimari possit, nec de eorum vsu et vera potestate inter viros do- ctos conuenit. Solemnia hac in re inter pragmati- cos fere vocabula sunt, *maioratus regularis*, et *irre- gularis*, *s. ordinarius et extraordinarius*, *in sensu la- tiori*, et *in sensu strictiori*, *maioratus simplex et mix- tus*, *aliaque*, ex quibus quilibet harum rerum pe- ritus facile videt, in denominandis his successio- nis speciebus, pro arbitrio sumtum esse aliquid a viris doctis, quod iure sumere non potuisse videntur. Enim vero quum nec imperii lege, nec moribus vnquam de maioratu certa regula obtinuerit, vn- am alteramue speciem irregularem, vel extraordinariam recte appellare non poteris, nisi simul probaueris, eam constanti vsu adeo inter illustres vigere, vt ab eo, quod vt plurimum fit, praesumptio duci possit. Quod autem difficillimum omnino erit.



§. XIII.

Quae cum ita sint, omnino apparet, ex solo nomine, quod obiter in pacto quodam familiae obvium est, veram succedendi rationem haud esse diiudicandam: idem enim *maioratus* nomen et singularibus maioratus formulis, et omnibus successione in bonis indiuiduis speciebus, commune est. Nihilominus tamen vel in eo, vel in praesumptionibus nonnullis generalibus, quos pro vna alteraque successione specie sibi fingunt, mirifice haerere solent Icti, quorum est de his causis iudicare aut scribere: denique singulis vocibus, quibus inter alios vsi sunt pactorum familiae conditores, v. c. vt successio seniori de familia, aut proximiori quoad aetatem deferatur, successione formulam absolute declarari putant c), quum tamen nemini ignorari possit, eiusmodi vocum, aliarumque eius generis, vim et propriam potestatem adeo certam et determinatam in pactis familiae non esse. Res ardua sane est, regulas, ex quibus ordo in bonis indiuiduis in perpetuum in familia determinandus sit, breuiter et dilucide adeo constitui, vt super vera earum significatione et vsu,

c) V. Andlern in Corpor. constitut. imper. Tom. II. p. 1653. CRAMER in den Wezlarischen Nebenstunden Tb. CXXIII. S. 358. in pacto familiae Witgenstein. cautum est: und soll der nächste den Jahren nach zu der Succession schreiben, sofern er dazu dienlich. MOSERS Familienstaatsrecht S. 279. Nihilominus tamen ordo primogeniturae in successione obtinet.

usu, nulla oriri possit legitima controuersia: eamque rem non semper felicem exitum habuisse in pactis familiarum illustrium in Germania, ex ratione, qua plurima eorum ab initio inita sunt, conicere iam licet. At dicere ausim, plures hac de re lites adhuc quotidie incidere, quod in interpretandis familiarum pactis, Icti peruerfa ratione saepius versati sunt, et inprimis ex lege indiuiduitatis in familiae pacto obuia, argumentum ad vnam alteramue ordinis succedendi, vel ex primogenitura, vel ex maioratu, non sine temeritate saepius duxerint: quum haud dubie in eo praecipuum consilium posuerint, pactorum auctores, vt bona indiuidua sint; qua ratione autem in iis successuri sint singuli posteri, saepissime tantum inter descendentes ex vna alterave linea, et ne accurate quidem, determinauerint. Praecepta vero, quae in interpretatione pactorum familiae rectius instituenda, commode adhibenda esse, nobis videntur, exponere nunc non iuuat: monere hoc loco potius, quam probare, fatius erit, ad declarandam de futura successione dispositionem, nec non eam immutandam, magnam omnino vim habere, tum obseruantiam in familia generatim, tum inprimis, litteras inuestiturae subinde datas, quibus iura successionis feudalis maxime regi, notissimum est.

Dicen-

Dicendum adhuc foret de notis et veris signis
 successionis ex iure maioratus: et qua demum ra-
 tione ea ab aliis successionis formulis in pactis fa-
 miliae discerni debeat. Sed ut id nunc omittam, me
 inuitum cogunt et angustiae temporis, quo perficien-
 dus erat libellus, et instituti mei ratio. Quare in-
 dulgentes mihi huius speciminis academici iudices
 exopto, et ut errorum veniam dent, dum meliora
 sperant, enixe ab iis oro rogoque.

COROLLARIA.

I.

Occupatio, modus rei acquirendae naturalis non est.

II.

*Super iis, quae in testamento relicta sunt, etiam non
 inspectis tabulis, iure transigi potest.*

III.

*Ius detractus inter regalia principis iura referen-
 dum est.*

nis
ra-
fa-
me
en-
un-
ces
ra

fl.

n

-





Kz 894


TA-06


ULB Halle
007 401 175 3



me







DE
VERA ORDINIS SVCCEDENDI
EX MAIORATV NOTIONE EX PACTIS
FAMILIARVM ILLVSTRIVM
REPETENDA.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
ADIPISCENDAE SVMMAE IN IVRISSCIENTIA
DIGNITATIS GRATIA

A. D. XIX. OCTOBR. ~~17~~19 CCCLXXXIV.

DISSERIT
IOANN. FRIDER. BRANDIS
HILDESIENSIS.

GOETTINGAE,
APVD IOH. CHRIST. DIETERICH.
ACAD. TYPOGRAPH.